UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Dorothea virgine [et] martyre. Cap[itulum]. ci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

niſtram impoſuit: eiſq; bñdixit. Quod ioſeph moleſte ferēs dexterā patris de capite effraim leuare ⁊ ſup caput manaſſe transferre nitebat. Cui iacob reſpondit ſe ſcire quid faceret: nam ꝙuis manaſſes magnus futurus eſſet: ipm tñ effraim ⁊ ſeminis multiplicatione ⁊ honoris dignitate ꝑcelleret. Qui poſt aui ⁊ patris exceſſum in eorum ſemine mirabiliter excreuerunt: ⁊ cum ceteris patriarchis in egypto diem extremū cōcluſerunt. Hec ex libro geñ. ca. xlviij. ⁊ ex alijs voluminibus quibus ſupra diſperſim cōllecta conſcripta ſunt.

De ſancto Vedaſto epo. Cap. xcix.

Vedaſtus eps attrebateñ. fuit. Qui a btō remigio Remeñ. archiepiſcopo eidē vrbi in epm ordinatus: cum veniſſet ad portum ipſiꝰ ciuitatis: ⁊ duos pauperes vnum cecum: ⁊ aliū claudum ad elemoſynam ſedentes inueniſſet: facta oratione cecum illuminauit: ⁊ claudum erexit. Cum autem in quadam eccleſia derelicta vepribus operta lupus habitaret: eidem mandauit: vt inde diſcederet: nec illuc vlterius redire preſumeret: quod ⁊ factū eſt. Deniq; cū verbo ⁊ exemplo multos cōuertiſſet: quadrageſimo ſui epiſcopatus anno vidit columnā igneā a celo in eius domū deſcendentē. Finemq; ſuum poſt modicū futurū eſſe cognouit. Et circa annum dñi. cccccc. in pace requieuit. viij. idus februarij. Cum autē corpus eius transferretur: audomarus quidem pre ſenio cecus dolens: ꝙ corpus ſancti videre non poterat. Mox lumine recepto corpus aſpexit: ſed poſtmodum penſans hoc forte non eſſe anime ſue perutile ad votum lumen amiſit.

De ſancto Amando epo. c.

Amandus eps nobilibus parētibus ortus: monaſterium introiuit. Qui die quadam maximū ſerpentē inuenit: quē ſtatim virtute crucis ad foueam inde nunꝙ exiturum ire coegit. Poſt hoc dum romā veniſſet: ⁊ in eccleſia ſcti petri aplī ꝑnoctaret: cuſtos eccleſie ipm irreuerēter foras ꝓiecit. Cui poſtmodū añ fores dormitāti beatꝰ petrus apparuit: ⁊ ad gallias ipm redire mandauit. Qui cū ibidem regē godobertū de ſuis criminibus diuinitus admonitus increparet: rex ipm de regno ſuo eiecit. Cum aūt rex filiū non haberet: ⁊ amādus ſibi oratiōe natū a dño impetraſſet. Diſpoſuit rex: vt eū ab amādo baptizari faceret. Queſito igitur ſancto ⁊ ad regē adducto proſtratꝰ ad pedes eius rex veniā petijt: ⁊ vt filiū ſuū quē precibꝰ ſancti dñm ſibi cōceſſiſſe nouerat baptizaret: inſtantius poſtulauit. Ille ꝓ primam de venia petitionem exaudiuit: ſed ſecularibꝰ negocijs implicari nolens ſecundā recuſauit. Tandem victus precibꝰ annuit voto regis. Et cum baptizaret infans tacentibus cunctis reſpondit amen. Poſt hec ipm rex in traiecteñ. epiſcopū ſublimari fecit. Vbi cū verbum predicationis cōtemni videret in vaſconiā iuit. Et dum ibi predicaret: ⁊ quidam iaculator ipm irrideret: continuo a demone arripitur: ⁊ proprijs dentibus ſe diſcerpēs: ꝙ viro dei iniuriā fecerit confitetur: ⁊ tandem miſerabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidā aqua lotionis manuū eius oculis perfuſus illuminatur. Cum in quodam loco de voluntate regis monaſterium conſtruere vellet: ⁊ epiſcopus proxime ciuitatis hoc egre ferret: miſit ad eum famulos ſuos: vt aut ſanctum inde expellerent: aut doloſe occiderent. Qui veniētes ei in dolo ſuggeſſerunt: vt ſecum pergeret: ⁊ ſibi locum aptum ad monaſterium conſtruendū oſtēderent. Qui malitia eorum per ſpiritum agnita: ad cacumen monti cum eis acceſſit: vbi eū occidere diſponebant: eo ꝙ ⁊ ipſe martyrium affectaret. Subitoq; tanta pluuia ⁊ tempeſtate mons tegitur: vt ſe mutuo videre non poſſent. Qui ſe mori putantes: proſtrati veniā poſtulabant: ⁊ vt eos viuos abire permitteret exorabant. Ipſeq; oratione fudit: ⁊ mox ſerenitas illuxit: epiq; famulos amandus in pace dimiſit. Poſt que multa alia miracula faciens in dño feliciter obdormiuit. viij. idus februarij: circa annū dñi. cccccclx. tpe heraclij īpatoris.

De ſancta Dorothea virgine ⁊ martyre. Cap. ci.

Dorothea ꝟgo ⁊ martyr apd̄ ceſareā cappadocie paſſa eſt. Cuiꝰ cum due ſorores chriſta ⁊ caliſta: que in tormentis territe fuerant apoſtataſſent: tradita eſt Dorothea virgo a iudice duabus ſororibus ſuis: vt ipſius animū ad deorum ſacrificia inclinarent. Quas diuino nutu ſancta virgo verſa vice ad fidei veritatem reuocauit: ⁊ ad martyriū animauit. Qua de re ipe ſctē ambe in cuppā miſſe ⁊ in conſpectu ſororis incenſe xpo animas tradiderunt. Dorothea ꝓ eo in cataſtam leuata ⁊ palmis diutiſſime ceſa tandē data ſentētia ad decollandū ducta eſt. Que dū ad paſſionem tenderet: ſcolaſticus quidem nomine theophilus virginem irridendo rogauit: vt quia ad paradiſum ſponſi ſui pergere ſe dixerat: de ipſo paradiſo roſas ſibi aliquas deſtinaret. Qđ ⁊ illa ſpopōdit. Dū aūt iugulo feriēda foret: aſtitit ei iuuenis cernētibꝰ multis: qui ei dē in ſinu ſuo tria mala ⁊ tres roſas ꝓſentauit: quas ſibi de ꝑadiſo ſpōſi ſui attuliſſe aſſeruit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quē ſaucta rogauit: vt eas theophilo deferat: qđ ⁊ factū ē. Propter qđ cū theophilus roſas inuiſas tēpore hyemis aſpiceret: ⁊ miraculuꝫ conſideraſſet: cōuerſus eſt: ⁊ poſt decollationē virginis ⁊ ipſe tent⁹ in equuleo leuat⁹ ac diuti⁹ tortus: tandē gladio cedēte martyriū conſumauit. Paſſa eſt aūt virgo xpi. viij. idus februarij.

De ſancta Dorothea virgine. Cap. cij.

DOrothea altera virgo apud alexandriā tēpore maxētij ⁊ maximi imperatoꝝ paſſa eſt. Que vt octauo libro eccleſiaſtice hiſtorie traditur: nobili progenie orta Chriſto dn̄o ſeruiebat: ⁊ votū virginitatis emiſerat. Sed maximus in partib⁹ egypti exiſtens pudicitie hoſtis ⁊ fidei: xpianos mares ad deoꝝ culturā: virgines ad voluptatē obſcenā: totis niſibus ꝓuocabat. Dum igitur virgo xpi ab eodē pro adulterio impetif: accepta dilatione timenſq; virginitatē amittere: nocturno ſilentio clam aufugit: ⁊ heremū petens orationibus ⁊ ieiunijs multo tempore vacans in pace quieuit. Cuius exemplū multe virgines imitate ſunt. hec ibi.

De ſancto moyſe abbate. Cap. ciij.

MOyſes abbas in deſerto de ſcythi penitentiam egit. Qui fratri a ſe petēti ſermonē dixit: vt in ſua cella ſederet: ⁊ ipſa eū vniuerſa doceret. Cū quidam frater ſenex infirmatus in egyptū vellet ire ne fratres nimis grauaret: prohibebat eū moyſes abbas ne iret: qm̄ in fornicationē incideret. Qui contriſtatus eſt nimiū: tam infirmitatē ſuā quā ſenectutem conſiderans. Et contra abbatis inhibitionem diſceſſit. Cui cum virgo quedaꝫ ex deuotione ſeruiret ille conualeſcens eam violauit. Que concepit ⁊ peperit. Senex ꝙ infantē in vlnis ſuſcipiens: in die magno feſtiuitatis que erat in ſcythi eccleſiā cuꝫ multitudine fratrū intrauit. Et puerū cuꝫ lachrymis oībus ad ſui confuſionē ⁊ alioꝝ exemplū oſtendebat: et ipm filiū inobediētie fore dicebat: ac vt nemo de ſenectute preſumeret admonebat: necnō vt pro ſe orarent omnibus ſupplicabat. Cui moyſes abbas penitentiam impoſuit: ⁊ ille ad cellam reuerſus ad priſtinum ſtatū rediit. Fratrem quendā qui peccauerat abbati moyſi miſerunt iudicandum. Qui accepto ſacco pleno harena venit ad eos. Et interrogat⁹ ab eis qđ hoc eſſet: reſpondit ꝙ erant peccata ſua poſt ſe currentia in ſimilitudinem harene ponderoſa: que ipſe non poterat videre: qui tamen venerat aliena iudicare. Ille autem hoc audientes fratri pepercerūt. Hec in vitis patrum. Quieuit autem abbas moyſes in domino; ⁊ agitur eius feſtum ſeptimo idus februarij.

De ſancto Moyſe abbate alio epiſcopo ſaracenorum. Cap. ciiij.

MOyſes alius abbas ethiops natione eps ſaracenoꝝ fuit: vt habef in hyſtoria tripartita. Hic poſtmodū ab egyptijs captus: ⁊ ſuus effectus ꝓpter multas culpas a dn̄o ſuo expulſus: latrocinijs ⁊ homicidijs deditus eſt. Tandē exemplo ſanctoꝝ anachoritarū ad penitentiā ꝓuocatus: ⁊ xpian⁹ ac monachus effectus eſt. Fuitq; diſcipul⁹ iſidori abbatis. Cuius ſanctitatis exēplo omnia diaboli figmēta deuicit: ⁊ demonib⁹ admodum terribilis fuit. Deinde ad ſacerdotij ordinem aſcendit: ⁊ ſeptuagintiquinq; annis in heremo ſeruire ſtuduit. Cum aūt pmo clericus factus eſſet: ⁊ epus ei ſuperpelliceū impoſuit: dixit ei eps ꝙ factus fuerat nimiū cādidatus. Ille vo queſiuit ab epiſcopo: an a foris: an ab intus: qſi diceret ꝙ dealbatio exterior ſine interiori nihil prodeſt. Volens aūt epiſcopus eius patiētiam comprobare: dixit clericis ſuis: vt quādo ad altare accederet: eum cū iniuria expellerēt. Deinde ipſum inſequētes quid loqueref audirent. Proijcientes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops. naꝫ ethiops niger erat: q̄ egreſſus inter ſe dicebat: ꝙ illi optime fecerāt ipſuꝫ expellendo: eo ꝙ cū homo nō eſſet inter homines ſtare preſumpſiſſet. Hic auteꝫ ſex annis in cella incluſus ſtetit: quibus nulla neceſſitate exiuit: panem ſolū comedens ⁊ aquam ad menſurā bibens: totaq; nocte ſtans apertis oculis orabat: vt tētationes quibus i ſomnis fatigabaf deuinceret. Tranſactis ſex annis oībuſq; tētationib⁹ ſupatis ex charitate ductus nocturno tempore cellas monachoꝝ circuibat: ⁊ aquam aliquādo a decem: aliquando a duodecim: aliqn̄ a viginti deferēs ſtadijs: omniū fratrū lagenas iplebat: factoq; mane neſciref q̄s eēt ad cellā redibat. Quē nocte quā demō vt eū ab hoc ope euerteret: qſi ad mortē in dorſo percuſſit: q̄ mane iacēs reptus: ⁊ q̄s eēt agnit⁹ ad ei⁹ tuguriū p fratres reduct⁹ fuit. Quieuit in pace in deſerto ſcythi vij. idus februarij. lxx. diſcipulis derelictis.

De ſancto Augulio epo. Cap. cv.

AUguli⁹ epiſcopus in britānia martyrium paſſus eſt. Hic eni pōtifex auguſte ciuitatis britānie etate ac virtutib⁹ ꝓuectus curſum tpis per martyriū cōplens eterna meruit ſuſcipe pmia. vij. idus febr. vt ait ado.

De ſcta Coīnta vgine ⁊ martyre. Cap. cvi.

COinta virgo et martyr apud alexādriā ſub Decio ceſare paſſa ē agēte diuīo pſide. Qui vt